

Grbovnice hrvatskih županija.

*Primljeno u sjednici filologijsko-historijskoga razreda jugoslavenske akademije
znanosti i umjetnosti dne 14. listopada 1898.*

PRIOPĆIO EMILIJ LASZOWSKI.

U ovom malom prilogu priobćit ćemo sedam grbovnica (armales) podieljenih hrvatskim županijama. Ako i nisu stare, to su ipak s mnogoga gledišta veoma važne. Njima je podieljen županijama posebni grb, odnosno pečat, i poraba crvenoga pečatnoga voska. Poznato je, da je u staro doba trebala posebna kraljevska dozvola za pečatanje crvenim voskom. Podieljene ovim grbovnicama grbove rabile su i rabe, od vremena podieljenja, ovih sedam županija na najrazličitiji način: na zastavama, pečatima itd.

Priobćujemo ove grbovnice: I. za županiju *virovit i*
II. za županiju *sriemsku* od g. 1747., III. za županiju *požešku* od
g. 1748., IV. za županiju *križevačku* od g. 1759., V. za županiju
zagrebačku od g. 1759., VI. za županiju *varaždinsku* od g. 1763.,
i VII. za županiju *severinsku* od g. 1778.

Sve ove županije izim severinske, koja je tek god. 1776. zasnovana bila, veoma su stare. Spominju se već u listinama XII. i XIII. vieka. Nu ove županije kao takove nisu sve do godine, kad im je podieljen grb, imale svoga posebnoga grba niti pečata.

Niti ugarske županije nisu imale u starije vrijeme svoga grba ni pečata. On se je počeo podieljivati tekar u XVII. vieku. Najprije dobi g. 1669. županija Arva svoj grb; dalje do konca XVII. vieka dobiše grbove županije: Liptava, Tolna, Šopronj, Baranja, a druge tečajem XVIII. i XIX. vieka.

Zanimljivo je kod ovih grbova hrvatskih županija, da su u neke grbove stavljene heraldičke figure iz grbova pojedinih porodica. U grb županije virovitičke stavljeno je sidro iz grba grofova Patačieća;

u grb županije križevačke stavljena je patka iz grba porodice grofova Nadasda, i lav iz grba grofova Draškovića; županiji varaždinskoj podieljen je grb grofova Erdöda, koji su bili nasljedni župani ove županije; u grb županije severinske uzet je opet dio iz grba porodice Majlatha, od koje bijaše Josip Majlath prvi veliki župan ove županije.

Županija severinska nije dugo obstajala, jer je već g. 1786. reškriptom cara Josipa II. dokinuta.

Novo uredjena županija bjelovarska dobila je previšnjim reškriptom od 17. novembra g. 1872. svoj posebni grb. Ova je županija spojena sa starom križevačkom u jednu bjelovarsko-križevačku županiju. Grb županije bjelovarske jest sljedeći: Štit razdieljen a gore razpolovljen; u prednjem gornjem polju modre boje jest sv. Juraj na konju boreći se sa zmajem; u stražnjem crvene boje srebreni Andrijin križ. Dolje su hrvatske kocke. Na štitu počiva okrunjena kaciga, a iz krune raste Justitia. Plašt je modro-biel.

Spojena bjelovarsko-križevačka rabi dozvolom previšnjeg odpisa od 19. aprila 1897. oba grba t. j. županije bjelovarske i križevačke, koje po sredi drži Justitia. Nad njom lebdi kruna.

Spomenuti mi je još grb, što ga je rabila negdašnja riečka županija. Taj grb bijaše u cielosti sličan onomu severinske županije, samo što se je u gornjem stražnjem polju (na mjesto diela Majlatova grba) vidjevaio na pečini sagrađjen grad, a iznad ovoga na vrhu lebdeći unakrst položen buzdovan i sablja krivošija.

Grbovnice smo poredali kronoložkim redom kako sliede:

I. U Beču 16. maja god. 1746.

Kraljica Marija Terezija podieljuje županiji virovitičkoj pečat odnosno grb, te dozvolu porabe crvenoga voska.

Nos Maria Theresia, divina favente clementia Romanorum imperatrix, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae, Ramae, Serviae, Gallitiae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariaeque etc. regina; archidux Austriae; dux Burgundiae, Brabantiae, superioris et inferioris Silesiae, Mediolani, Styriae, Carinthiae, Carnioliae, Mantuae, Parmae, Placentiae, Limburgiae, Lucemburgae, Geldriae, Würthemburgae; princeps Sveviae; marchio sacri Romani imperii, Burgoviae, Moraviae, superioris et inferioris Lusatae; comes Habsburgi, Flandriae, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, Goritiae, Gradiscae, et Arthesiae;

landgravia Alsatae; comes Namurci; domina marchiae Slavonicae, Portus Naonis, Salinarum et Mechliniae etc. etc. *Memoriae* commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis: quod nos, benigno revolventes animo: qualiter principes, in publico regimine constituti, non solum populos sibi subjectos ad conservandum internum tranquillae permansionis eorundem statum, in legum observantia mutuaeque concordiae cultu continere, verum certis quoque privilegiorum indultis et specialibus praerogativis, inprimis vero sigillorum authenticorum (sub quorum munimine judicariae sententiae, contractus item solennes, nec non emptiones ac venditiones, aliaeque publicae, forenses videlicet et politicae negotiationes et expeditiones firmiores ac fidedigniores reddi possint) concessionibus, ad perpetuam rei memoriam et reclarum actionum normam ut plurimum facientibus, eosdem condecorare illustrareque soleant. Inde siquidem, veluti ex limpido aliquo fonte, tam bene ordinatae rei-publicae vitii incapax rectitudo, quam etiam quorumvis literalium instrumentorum ex processibus causarum emergentium indisputabilis veritas perpetuumque robur regulariter procedere consueverunt. Hinc nos quoque, quae, divina concedente clementia, in theatro orbis terrarum inter reliquos christianos principes primum locum obtinuimus, fascisque et habenas regnorum ac provinciarum nostrarum moderamur, nihil unquam antiquius majusque in votis habuimus, quam ut populos, nobis divinitus concreditos et subjectos, quibus utpote obsequii gloria relicta est, caesareo-regiae clementiae nostrae publica declaratione foveremus, taliterque eosdem ad jugiter contestandam erga legitimos suos reges et dominos devotionem, singulareque complacendi studium animose excitaremus. Cum igitur ob id, tum vero ad demissam fidelium nostrorum totius *universitatis* praelatorum, baronum, magnatum et nobilium *comitatus de Veröcze* instantiam et supplicationem apud majestatem nostram hoc nomine et in eo factam: quatenus erga conspicua quoque familiae *comitum Patachich de Zajezda*, de praefato Slavoniae regno, tum sago, cum toga, atque in utraque tam ecclesiastica et sacra, quam et profana re, praesertim in praefati regni Slavoniae e jugo Turcico liberatione, copiosa sanguinis profusione parta merita; dum videlicet ex tribus ejusdem familiae fratribus germanis, graviter sauciatis, unus cognomine Stephanus, qua equestris militiae Confinii Capronczensis capitaneus, in expugnatione arcis Veröcze gloriose occubuit; quartus porro frater, nomine Georgius, qua episcopus Bosnensis, exacto duorum saeculorum intervallo, primus synodum instituens et celebrans, in-

digas et rudes partes illas in religione quoque optime formavit; recenter vero comes *Alexander Patachich* de eadem *Zajezda*, camerarius et consiliarius noster regius Hungarico-aulicus, comitatusque Simregiensis supremus comes, ex clementissima ordinatione nostra, qua in incorporatione praefatae Slavoniae commissarius noster regius, in opere hoc admodum momentoso, et alter comes Ludovicus frater suus germanus, in provida suprafati *comitatus de Veröcze* moderatione, indefessam impendunt operam; quatenus inquam in reciprocam erga eundem familiam gratitudinem, et pro aliqua tam praeclare gestorum memoria, antiquo praememoratae Slavoniae insigni, dicto comitatu per nos clementer concedendo, partem quoque gentilitii praefatae familiae comitum Patachich insculpendam admittere dignemur. Tum denique, quod manifeste constaret, modo fatum *comitatum de Veröcze*, superioribus dudum evolutis temporibus per immanem Christiani nominis hostem, Turcam, occupatum, longove temporis intervallo sub iugo tyrannico gementem, ex post vero auxiliante divino numine victricibus sacratissimi olim principis Caroli VI., Romanorum imperatoris et Hungariae regis, domini genitoris et praedecessoris nostri gloriosae memoriae desideratissimi, caesareo-regiis armis recuperatum et vindicatum, jam vero per nos pristino statui, libertati quippe, iuribus item et praerogativis, ceu postliminio restitutum, ac praeattactis regnis Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae, consequenter sacro summe-fati regni nostri Hungariae diademati clementissime incorporatum, uti omni activitate, ita sigillo etiam publico et authentico, quo in signandis quibusvis literalibus instrumentis et expeditionibus tam forensibus, quam iudicialibus, aliisque quibusvis nomine universitatis de more et consuetudine expediri solitis, prae se temporibus usus fuerat, bellorum iniuria et vicissitudine exutum et privatum exitisse; nos eisdem supplicantibus, et consequenter ipsi *comitatu de Veröcze*, praefatis Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae regnis effective jam reincorporato, ex speciali caesareo-regia gratia nostra, deque potestatis nostrae plenitudine, id clementer indulgendum, annuendum, et concedendum esse duximus: quatenus *novum sigillum* in forma petita pro praemisso usu confectum habere, eodemque in signatione omnium et quarumlibet expeditionum suarum, instar aliorum praefati regni nostri Hungariae comitatum, et *cera rubra* uti possint ac valeant. Cujus quidem *sigilli* arma seu insignia sequentia forent: scutum videlicet in figura sphaerica seu rotunda, rubeum, coronatum, in tractu terrae, inter duo flumina Savum et Dravum, martem exhibens currentem, in capite scutario stella sexan-

gularis aurea, et in basi anchora argentea sinistrorsum inclinata (pars quippe gentilitiorum dictae familiae comitum Patachich insigniorum), telamones, hinc aquila, illinc leo; sigillum vero ipsum haec epigrapha seu superinscriptio: sigillum comitatus de Veröcze 1746. circumdare conspicitur, quemadmodum haec omnia in principio seu capite praesentium literarum nostrarum pictoris edocta manu et artificio, propriisque et genuinis suis coloribus clarius depicta et ob oculos intuentium lucidius posita esse conspicerentur. — Annuentes et ex certa nostra scientia animoque deliberato concedentes, ut idem *comitatus de Veröcze* a modo imposterum futuris et perpetuis semper temporibus, in omnibus et singulis literalibus instrumentis, expeditionibusque tam forensibus, quam juridicis, aliisque quibuslibet nomine *universitatis* saepefati comitatus expediendis literis, *cerave rubea*, ex benigno indultu et gratia nostra speciali clementique annuentia, uti semper possit ac valeat; immo indulgemus, annuimus et concedimus, roboramusque et approbamus praesentium per vigorem. Harum nostrarum, secreto majori sigillo nostro, quo ut regina Hungariae utimur, impendenti communitarum vigore et testimonio literarum. *Datum* in archi-ducali civitate nostra Vienna Austriae, die decima sexta mensis Maji, anno domini millesimo septingentesimo quadragesimo sexto, regnorum nostrorum Hungariae, Bohemiae et reliquorum anno sexto. — *Reverendis* ac venerabilibus in Christo patribus (sedibus archi-episcopatum Strigoniensis, Coloczensis item, et Bachiensis ecclesiarum canonice unitarum vacantibus), Petro Bakich, Bosnensis, Georgio Branyugh, Zagradiensis, Ladislao Szörenyi, Sirmiensis, comite Michaeli Carolo ab Althann, Vacziensis, comite Nicolao Csaky de Keresst-szeg, Varadiensis, fratre Nicolao Stani-Slavich, Csanadiensis, comite Sigismundo Berenyi de Karancz - Bereny, Quinqueecclesiensis, comite Emerico Eszterhazy de Galantha, Nitriensis, barone Francisco Xaverio Klobusiczky de Zetteny, Transylvaniensis, comite Francisco Antonio Engl de Vagrein, Belgradiensis et Samandriensis, comite Francisco Zichy de Vason-kö, Jaurinensis, comite Francisco Barkoczy de Szala, Agriensis, Alexandro Mariassy, Tininiensis, Martino Biro de Padany, Veszprimiensis, Georgio Volffgango Chiolich de Levensberg, Seguinensis et Modrusiensis seu Corbaviensis, comite Paulo Forgacs de Ghymes, electo Rosoniensis, Paulo Spaczay, electo Arbenensis, Joanne Kyss, electo Ansariensis, Georgio Foglar, electo Serbiensis, Paulo Bartakovics, electo Almisiensis, Petro Guilielmo Castellein, electo Traguriensis, Stephano Nozdroviczky, electo Catariensis, Jacobo Fabry,

electo Dulcinensis, Stephano Ketzer, electo Macariensis, Georgio Klimo, electo Noviensis, et Andrea Püspöky, electo Vovadrensis, ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus; necnon spectabilibus ac magnificis: comite Joanne Palffy ab Erdöd, aurei velleris equite, dicti regni nostri Hungariae palatino, comite Josepho Eszterhazy de Galantha, iudice curiae nostrae regiae, comite Carolo de Batthyán, perpetuo in Nemeth-Ujvar, regnorum nostrorum Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae bano, comite Leopoldo de Nadasd, perpetuo terrae Fogaras, tavernicorum, comite Ludovico de Batthyán, perpetuo in Nemeth-Ujvar, pincernarum, comite Josepho Illeshazy de eadem, perpetuo in Trenchin, dapiferorum, comite Francisco Eszterhazy de praedicta Galantha, agazonum, comite Nicolao Palffy ab antelata Erdöd, curiae, altero comite Carolo Palffy a repetita Erdöd, janitorum, illustri sacri Romani Imperii principe Antonio Eszterhazy de Galantha, perpetuo in Frakno, cubiculariorum nostrorum regalium per Hungariam magistris, ac praelibato comite Joanne Palffy a toties fata Erdöd, comite Poseniense, caeterisque quam plurimis saepefati regni nostri Hungariae comitatus tenentibus *et honores*.

Maria Theresia m. p.

Comes Nicolaus Palffy m. p.

Franciscus Koller m. p.

Izvornik na pergameni u formi knjige, vezane u crveni barsun te s visećim o zlatnoj vrpci pečatom u drvenoj kutiji, u arhivu županije virovitičke u Osijeku. Grb naslikan na prvom listu. Klauzule proglašenja nema.

Liber regius T. XL. pag. 306.

II. U Beču 6. julija god. 1747.

Kraljicu Marija Terezija podjeljuje županiji sriemskoj pečat odnosno grb, te dozvolu porabe crvenoga voska.

Nos Maria Theresia, dei gratia Romanorum imperatrix, ac regina Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae, Ramae, Serviae, Gallitiae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariae; archidux Austriae; dux Burgundiae, Brabantiae, superioris et inferioris Silesiae, Mediolani, Styriae, Carinthiae, Carnioliae, Mantuae, Parmae, Placentiae, Limburgiae, Geldriae et Würtembergae; princeps Sveviae; marchio sacri Romani imperii, Burgoviae, Moraviae, superioris et inferioris Lusatae; comes Habsburgi, Flandriae, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, Goritiae, Gradiscae, et Arthesiae; landgravia Alsatae; comes Namurci;

domina marchiae Selavonicae, Portus Naonis, Salinarum et Mechliniae etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis: quod nos, benigne revolventes animo, qualiter principes, in publico regimine constituti non solum populos sibi subjectos ad conservandum internum tranquillae permansionis eorundem statum in legum observantia, mutuaeque concordiae cultu continere, verum certis quoque privilegiorum indultis et specialibus praerogativis, imprimis vero sigillorum authenticorum (sub quorum munimine judicariae sententiae, contractus item solennes, nec non emptiones ac venditiones, aliaeque publicae, forenses videlicet et politicae negotiationes et expeditiones firmiores ac fidedigniores reddi possint) concessionibus, ad perpetuam rei memoriam et rectorum actionum normam ut plurimum facientibus, eosdem condecorare illustrareque soleant. Inde siquidem, veluti ex limpido aliquo fonte, tam bene ordinatae reipublicae vitii incapax rectitudo, quam etiam quorumvis literalium instrumentorum ex processibus causarum emergentium indisputabilis veritas perpetuumque robor regulariter procedere consueverunt. Hinc nos quoque, quae, divina concedente clementia, in theatro orbis terrarum inter reliquos christianos principes primum locum obtinuimus, fascesque et habenas regnorum ac provinciarum nostrarum moderamur, nihil unquam antiquius majusque in votis habuimus, quam ut populos, divinitus nobis concreditos et subjectos, quibus utpote obsequii gloria relicta est, caesareo-regiae elementiae nostrae publica declaratione foveremus, taliterque eosdem ad jugiter contestandam erga legitimos suos reges et dominos devotionem singulareque complacendi studium animose excitaremus. Cum igitur ob id, tum vero ad demissam fedelium nostrorum totius *universitatis* praelatorum, baronum, magnatum et nobilium *comitatus Syrmienensis* instantiam et supplicationem majestati nostrae hoc nomine et in eo factam, modofato *comitatui Syrmienensi*, superioribus dudum evolutis temporibus per immanem christiani nominis hostem Turcam occupato longoque temporis intervallo sub iugo tyrannico gementi, ex post vero auxiliante divino numine victricibus sacratissimi olim principis Caroli VI. Romanorum imperatoris et Hungariae regis, domini genitoris et praedecessoris nostri gloriosae memoriae desideratissimi, caesareo-regiis armis recuperato et vindicato, per nos vero pristino statui, libertati quippe, juribus et praerogativis ceu postliminio restituto, ac praeactis nostris Dalmatiae, Croatiae et Selavoniae regnis, consequenter sacro regni nostri Hungariae diademati ad effectum articulorum decimi octavi et quiquagesimi novissimae diaetae Poso-

niensis, jurē postliminii clementissime incorporato ex speciali caesareo-regia gratia nostra, deque potestatis nostrae plenitudine id indulgendum, annuendum et concedendum esse duximus: quatenus novum *sigillum* habere, eoque in signatione omnium expeditionum suarum instar aliorum praedicti regni nostri Hungariae comitatum et *cera rubra* uti possint ac valeant. Cujus quidem *sigilli arma seu insignia* sequentia forent: *scutum* sigillare rotundum, in quo in scuto caeruleo coronato repraesentantur tres fluvii Danubius, Savus et Pacuntium, vulgo Boszud (limites nempe Syrmii), et in solo viridi pone arborem cupressum cervus cubans aureo torque collo circumductus. capite et cornibus erectis in solo graminoso intra dictos fluvios limitaneos; circumferentia vero ipsius scuti exterior hac epigraphe seu superinscriptione: *Sigillum comitatus Syrmiensis anno millesimo septingentesimo quadragesimo quinto incorporati*, circumducta conspicitur. Quemadmodum haec omnia in principio seu capite praesentium literarum nostrarum pictoris edocta manu et artificio propriisque et genuinis suis coloribus clarius depicta et ob oculos intuentium lucidius posita esse conspicerentur. Annuentes et ex certa nostra scientia, animoque deliberato concedentes, ut idem *comitatus Syrmiensis*, a modo imposterum futuris et perpetuis semper temporibus, in omnibus et singulis literalibus instrumentis ac expeditionibus, tam forensibus, quam juridicis, aliisque quibuslibet nomine *universitatis* saepefati *comitatus* expediendis literis, eodem *sigillo*, *cerave rubra*, ex benigno indultu et gratia nostra speciali clementique annuentia, uti semper possit ac valeat. Immo indulgemus, annuimus et concedimus, roboramusque et approbamus praesentium per vigorem. Harum nostrarum secreto majori sigillo nostro, quo ut *regina Hungariae* utimur, impendenti communitarum vigore et testimonio literarum. Datum per manus fidelis nostri nobis sincere dilecti spectabilis ac magnifici comitis Leopoldi de Nadasd, perpetui terrae Fogaras, nostri actualis intimi consilarii, et per dictum regnum nostrum Hungariae aulae cancellarii nec non agazonum nostrorum regalium magistri, in archiducali civitate nostra Vienna Austriae, die sexta mensis Julii, anno domini millesimo, septingentesimo quadragesimo septimo, regnorum nostrorum Hungariae, Bohemiae et reliquorum anno septimo. *Reverendissimo*, reverendis ac venerabilibus in Christo patribus (sede archiepiscopali Strigoniensi vacante) comite Nicolao Csáki de Keresztszeg, Colocensis et Bachiensis ecclesiarum canonicè unitarum archiepiscopo, Petro Bakics, Bosnensis, Georgio Branyugh, Zagrabiensis, Ladislao Szörenyi, Syrmiensis, Michaele Carolo e comitibus ab Althann, Vacziensis, fratre

Nicolao Stanislavich, Csanadiensis, comite Sigismundo Berenyi de Karancz Berény, Quinqueecclesiensis, comite Emerico Eszterhazy de Galantha, Nittriensis, barone Francisco Xaverio Klobusiesky de Zet-teny, Transylvaniensis, comite Francisco Antonio Engel de Vagrain, Belgradiensis et Samandriensis, comite Francisco Zichy de Vasonkő, Jaurinensis, comite Francisco Barkoczy de Szala, Agriensis, Martino Biro de Padany, Veszprimiensis, Georgio Wolffgango Chiolich de Levensperg, Segniensis et Modrusiensis seu Corbaviensis, Paulo For-gacs de Ghymes, Varadinensis, Alexandro Marjássy, Tinniniensis, Paulo Spaczay, electo Arbensis, Georgio Folgar, electo Serbiensis, Paulo Bartakovics, electo Almisiensis, Petro Guilielmo Castellein, electo Traguriensis, Stephano Nozdroviczky, electo Catariensis, Jacobo Fabri, electo Dulcinensis, Stephano Ketzer, electo Makariensis, Georgio Klimo, electo Noviensis, Andrea Püspöky, electo Vovadrensis, Josepho Zbisko, electo Vegliensis, Paulo Orosz, electo Ansariensis, *ecclesiarum epi-scopis, ecclesias dei* feliciter gubernantibus. Nec non spectabilibus ac magnificis: comite Joanno Palfy ab Erdöd, aurei velleris equite, dicti regni nostri Hungariae palatino, comite Josepho Eszterhazy de Galantha, iudice curiae nostrae regiae, comite Carolo de Batthyán perpetuo in Nemeth-Ujvar, regnorum nostrorum Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae bano, comite Francisco Eszterhazy de praedicta Galantha, tavernicorum, comite Ludovico de Batthyán perpetuo in Nemeth-Ujvar, pincernarum, comite Josepho Illeshazy de eadem perpetuo in Trenchin, dapiferorum, praedicto comite Leopoldo de Nadasd perpetuo terrae Fogaras, agazonum, comite Nicolao Palfy ab antelata Erdöd, curiae, altero comite Carolo Palfy, a praerepetita Erdöd, janitorum, illustri sacri Romani imperii principe Paulo Antonio Eszterhazy de Galantha perpetuo in Frakno, cubiculariorum nostrorum regalium per Hungariam magistris, ac praelibato comite Joanne Palfy a toties fata Erdöd, comite Poseniense, caeterisque quamplurimis saepefati regni nostri Hungariae comitatus tenentibus et honores.

Maria Theresia m. p.

Comes Leopoldus de Nadasd m. p.

Franciscus Koller m. p.

Anno domini 1748. die 15. mensis Januarii, in oppido Irregh comitatus Syrmieniensi adjacente, sub decursu quippe generalis ejusdem comitatus congregationis, praesens benignissimum altefatae suae majestatis sacratissimae diploma in homogiali devotione per universitatem ejusdem comitatus acceptatum, lectumque ac solenniter publi-

catum est. Signatum anno, die locove suprascriptis. Per me Michaelem Cseh, inelyti comitatus Syrmienensis juratum ordinarium notarium m. p.

Izvorna povelja na pergameni, sa visećim o crveno-zelено-bieloj svilenoj vrpци pečatom u drvenoj kutiji; u arhivu županije sriemske u Vukovaru. Grb nastikan je na vrhu povelje u lievom uglu.

Liber regius T. XL. pag. 584.

III. U Beču 26. februara god. 1748.

Kraljica Marija Terezija podieljuje županiji požeškoj pečat odnosno grb, te dozvolu porabe crvenoga voska.

Nos Maria Theresia, dei gratia Romanorum imperatrix, ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae, Ramae, Serviae, Gallitiae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariae etc. regina; archidux Austriae; dux Burgundiae, Brabantiae, superioris et inferioris Silesiae, Mediolani, Styriae, Carinthiae, Carnioliae, Mantuae, Parmae, Placentiae, Limburgiae, Lucemburgae, Geldriae et Würthembergae; princeps Sveviae; marchio sacri Romani imperii, Burgoviae, Moraviae, superioris et inferioris Lusatiae; comes Habsburgi, Flandriae, Pyrolis, Ferretis, Kyburgi, Goritiae, Gradiscae et Arthesiae; landgravia Alsatae; comes Namurci; domina marchiae Slavonicae, Portus Naonis, Salinarum et Mechliniae etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod nos benigno revolventes animo: qualiter principes, in publico regimine constituti, non solum populos, sibi subiectos, ad conservandum internum tranquillae permansionis eorundem statum, in legum observantia mutuaeque concordiae cultu continere, verum certis quoque privilegiorum indultis et specialibus praerogativis, imprimis vero sigillorum authenticorum (sub quorum munimine judicariae sententiae, contractus item solennes, nec non emptiones ac venditiones, aliaeque publicae, forenses videlicet et politicae negotiationes et expeditiones firmiores ac fidedigniores reddi possint) concessionibus ad perpetuam rei memoriam et reclarum actionum normam ut plurimum facientibus, eosdem condecorare illustrareque soleant. Inde s quidem, veluti ex limpido aliquo fonte, tam bene ordinatae reipublicae vitii incapax rectitudo, quam etiam quorumvis literalium instrumentorum, ex processibus causarum emergentium indisputabilis veritas perpetuumque robur regulariter procedere consveverunt. Hinc nos quoque, quae, divina concedente elementia, in theatro orbis terrarum inter reliquos christianos principes non postremum locum obtinuimus, fascisque et habenas regnorum

et provinciarum nostrarum moderamur, nihil unquam antiquius majusque in votis habuimus, quam ut populos, nobis divinitus concreditos et subjectos, quibus utpote obsequii gloria relicta est, caesareo-regiae clementiae nostrae publica declaratione foveremus, taliterque eosdem ad jugiter contestandam erga legitimos suos reges et dominos devotionem, singulareque complacendi studium animose excitaremus. Cum igitur ob id, tum vero ad demissam fidelium nostrorum totius *universitatis* praelatorum, baronum, magnatum et nobilium *comitatus de Posega*, in suprafato nostro Slavoniae regno situati, velut superioribus dudum evolutis temporibus per immanem Christiani nominis hostem Turcam occupati, longove temporis intervallo sub jugo tyrannico gementis, exopt vero, auxiliante divino numine, victricibus serenissimi olim principis *Leopoldi*, Romanorum imperatoris et Hungariae regis, domini *avi* et praedecessoris nostri gloriosae memoriae desideratissimi, caesareo-regiis armis recuperati et vindicati, jam vero per nos pristino statui, libertati quippe, juribus item et praerogativis postliminio restituti, ac praeatactis regnis nostris Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae, consequenter sacro memorati regni nostri Hungariae diademati clementissime incorporati, instantiam et supplicationem apud majestatem nostram, hoc nomine et in eo factam: quatenus eidem *sigillo* quoque publico et authentico, quo in signandis quibusvis literalibus instrumentis et expeditionibus, tam forensibus, quam juridicis, aliisque quibusvis nomine *universitatis* de more et consuetudine expediri solitis, uti valeat, et priscis quoque temporibus usus fuerat, cum certis additamentis ab infra uberius descriptis et manu etiam pictoris superius depictis benigne providere dignemur. Nos eisdem supplicantibus et consequenter ipsi *comitatui de Posega*, repetitis Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae regnis nostris (uti praemissum est) effective incorporato et restabilito, ex speciali caesareo-regia gratia nostra, deque potestatis nostrae plenitudine id clementer indulgendum, annuendum et concedendum esse duximus: quatenus novum *sigillum*, in forma petita pro praemisso usu confectum habere, eodemque in signatione omnium et quarumlibet expeditionum suarum, instar aliorum praefati regni nostri Hungariae comitatum, et *cera rubra* uti possint ac valeant. Cuius quidem *sigilli arma seu insignia* sequentia forent: *Scutum* videlicet caeruleum horizontaliter seu transversim sectum, ac in superiore sui parte duos exhibens leones aureos, framea et sceptro decussatim positos, duas sustinentes coronas aureas, vexillo rubeo circa sceptrum a corona deorsum sinuatim fluitante, inferiori vero parte insigne regni

Selavoniae, nempe inter duos fluvios in tractu terrae virentis martem nativi coloris currentem exhibens; scuto incumbit corona vulgaris, circumferentia vero ipsius scuti exterior hac epigraphe seu superinscriptione: *Sigillum comitatus de Posega anno millesimo septingentesimo quadragesimo quinto incorporati*, circumducta conspicitur, quemadmodum haec omnia in principio seu capite praesentium literarum nostrarum pictoris edocta manu et artificio, propriisque et genuinis suis coloribus clarius depicta, et ob oculos intuentium lucidius posita esse cernerentur. *Annuentes* et ex certa nostra scientia animoque deliberato concedentes, ut idem *comitatus de Posega* a modo imposterum futuris et perpetuis semper temporibus, in omnibus et singulis literalibus instrumentis, expeditionibusque tam forensibus, quam juridicis, aliisque quibuslibet nomine *universitatis* saepefati *comitatus* expediendis literaris, eodem *sigillo, cerave rubea*, ex benigno indulto et gratia nostra speciali clementique annuentia, uti semper possit ac valeat. Immo indulgemus, annuimus, et concedimus roboramusque et approbamus praesentium nostrarum secreto majori sigillo nostro, quo ut regina Hungariae utimur, impendenti communitarum vigore et testimonio literarum. Datum per manus fidelis nostri nobis sincere dilecti spectabilis ac magnifici comitis Leopoldi Nadasd, perpetui terrae Fogaras, nostri actualis intimi consiliarii, et per antelatum regnum nostrorum Hungariae aulae cancellarii, nec non agazonum regalium magistri, in archiducali civitate nostra Vienna Austriae, vigesima sexta mensis Februarii, anno domini millesimo septingentesimo quadragesimo octavo. Regnorum nostrorum Hungariae, Bohemiae et reliquorum anno octavo. *Reverendissimo, reverendis* ac venerabilibus in Christo patribus (sede archiepiscopali Strigoniensi vacante) domino comite Nicolao Osaky de Keresztszegh, Colocensis et Bachiensis ecclesiarum canonice unitarum archiepiscopo, Petro Bakics, Bosnensis, Georgio Branyugh, Zagrabiensis, Ladislao Szörenyi, Syrmienensis, Michaele Carolo e comitibus ab Althann, Vaciensis, fratre Nicolao Stani-Slavich, Csanadiensis, comite Sigismundo Berényi de Karancs-Berény, Quinqueecclesiensis, comite Emerico Eszterházy de Galantha, Nitriensis, barone Francisco Xaverio Klobusiczky de Zettény, Transylvaniensis, comite Francisco Antonio Engel de Wagrein, Belgradiensis et Samandriensis, comite Francisco Zichy de Vasonkeő, Jauriensis, comite Francisco Barkóczy de Szala, Agriensis, Martino Biro de Padány, Veszprimensis, Georgio Wolffgango Chiolich de Levenspergh, Segniensis et Modrusiensis seu Corbaviensis, Paulo Forgacs de Ghymes, Varadiensis, Alexandro Marjassi, Tinnini-

ensis, Paulo Spaczay, electo Arbensis, Georgio Foglár, electo Serbiensis, Paulo Bartakovics, electo Almisiensis, Petro Guilielmo Castellein, electo Traguriensis, Stephano Nozdroviczky, electo Catariensis, Jacobo Fabri, electo Dulcienensis, Stephano Ketzer, electo Makariensis, Georgio Klimo, electo Noviensis, Andrea Püspöky, electo Vovadrensis, Josepho Zbisko, electo Vegliensis, Paulo Orosz, electo Ansariensis, Samuele Engelmayer, electo Bidvaniensis, et Joanne Stehenics de Jerebics, electo Temnensis, ecclesiarum episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus, nec non spectabilibus ac magnificis: comite Joanne Pálffy ab Erdöd, aurei velleris equite, dicti regni nostri Hungariae palatino, comite Josepho Eszterházy de Galantha, iudice curiae nostrae regiae, comite Carolo de Batthyan, perpetuo in Nemeth-Ujvár, regnorum nostrorum Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae bano, comite Francisco Eszterházy de praedicta Galantha, tavernicorum, comite Ludovico de Batthyan, perpetuo in Nemeth-Ujvár, pincernarum, comite Josepho Illesházy de eadem, perpetuo in Trencsin, dapiferorum, praedicto comite Leopoldo de Nadasd, agazonum, comite Nicolao Pálffy ab antelata Erdöd, curiae, altero comite Carolo Pálffy a praerepetita Erdöd, janitorum, illustrissimo sacri Romani imperii principe Paulo Antonio Eszterházy de Galantha, perpetuo in Frakno, cubiculariorum nostrorum regalium per Hungariam magistris, ac praelibato comite Joanne Pálffy a toties fata Erdöd, comite Posoniensi, caeterisque quamplurimis saepefati regni nostri Hungariae comitatus tenentibus et honores.

Maria Theresia m. p. Comes Leopoldus de Nadasd m. p.
Franciscus Koller m. p.

Anno domini 1748., die vero 18. mensis Junii, Posegae in generali inelyti comitatus Posegiensis sub praesidio illustrissimi domini Petri comitis Keglevich de Busin, sacratissimae caesareo-regiae majestatis consilarii et comitatus Posegiensis supremi comitis, celebrata congregatione, praesentes benignae sacratissimae caesareo-regiae majestatis collationales literae actae et publicatae sunt.

Per Benedictum Krajachich, praelibati inelyti comitatus ordinarium juratum notarium m. p.

Izvornik na pergameni u formi knjige vezane u crvenom baršunu, na kojoj visi o zlatnoj vrpci pečat u drvenoj kutiji; u arhivu županije požeške. Na prvom listu naslikan je grb.

Liber regius T. XLI. pag. 59.

IV. U Beču 3. julija god. 1759.

Kraljica Marija Terezija podjeljuje županiji križevačkoj pečat odnosno grb, te dozvolu porabe crvenoga voska.

Nos Maria Theresia, dei gratia Romanorum imperatix; Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Selavoniae, Ramae, Serviae, Gallitiae, Lodomeriae, Cumaniae et Bulgariae regina apostolica; archidux Austriae; dux Burgundiae, superioris et inferioris Silesiae, Brabantiae, Mediolani, Styriae, Carinthiae, Carnioliae, Mantuae, Parmae, Placentiae, Limburgiae, Lucemburgae, Geldriae, Würthembergae; marchio sacri Romani imperii, Moraviae, Burgoviae, superioris et inferioris Lusatiae; princeps Sveviae; comes Habsburgi, Flandriae, Tyrolis, Kyburgi, Goritiae, Gradiscae et Arthesiae; landgravia Alsatie; comes Namurci; domina marchiae Selavonicae, Portus Naonis, Salinarum et Mechliniae; dux Lotharingiae et Barri; magna dux Hetruriae etc. memoriae commendamus, tenore praesentium significantes, quibus expedit universis, quod nos benigno revolventes animo: qualiter principes in publico regimine constituti non solum populos, sibi subjectos, ad conservandum internum tranquillae permansionis eorundem statum, in legum observantia, mutuaeque concordiae cultu continere, verum certis quoque privilegiorum indultis et specialibus praerogativis, imprimis vero sigillorum authenticorum (sub quorum munimine judicariae sententiae, contractus item solennes, nec non emptiones ac venditiones, aliaeque publicae, forenses videlicet et politicae negotiationes et expeditiones firmiores ac fide digniores reddi possint) concessionibus, ad perpetuam rei memoriam et reclarum actionum normam ut plurimum facientibus, eosdem condecorare illustrareque soleant. Inde siquidem, veluti ex limpido aliquo fonte, tam bene ordinatae reipublicae vitii incapax rectitudo, quam etiam quorumvis literalium instrumentorum ex processibus causarum emergentium indisputabilis veritas, perpetuumque robur regulariter procedere consueverunt. Hinc nos quoque, quae divina concedente clementia in teatro orbis terrarum inter reliquos christianos principes primum locum obtinuimus, fascisque et habenas regnorum ac provinciarum nostrarum moderamur, nihil unquam antiquius, nihilque majus in votis habuimus, quam ut populos nobis divinitus concreditos et subjectos, quibus utpote obsequii gloria relicta est, caesareo-regiae clementiae nostrae publica declaratione foveremus, taliterque eosdem ad jugiter contestandam erga legitimos suos reges et do-

minos devotionem, singulareque complacendi studium animose excitaremus; cum igitur ob id, tum vero ad demissam fidelium nostrorum totius universitatis praelatorum, baronum, magnatum et nobilium *comitatus Crisiensis* instantiam et supplicationem, apud majestatem nostram hoc nomine et in eo factam, quatenus eodem *comitatu Crisiensi* suprema autoritate nostra caesareo-regia a Zagrabiensi (cui antehac unitus fuerat) separato, et ad legalem caeterisque Sclavoniae comitatibus parem posito existente activitatem, ut informationes suas altioribus instantiis nostris ad instar reliquorum regulatorum comitatum sub fidei dignitate de lege regni comitatibus competente submittere, processusque juridicos coram eodem promovendos, ac alias tam in juridicis, quam politicis occurrentes expeditiones suas sub authentico facere valeat, eidem *sigillum publicum* ad insignia memoratorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae regnorum, non minus ac comitum moderni quippe bani et Draskovics ejusdem primi supremi comitis, nomenque comitatus a cruce desumptum alludens clementissime concedere, una autem, ut in perenne caesareo-regiae clementiae nostrae mnemosyno(n) augusti nominis nostri initiales M. T. literae in eodem *sigillo* ad latus crucis dextrum et sinistrum inculpantur cum inscriptione: *Sigillum comitatus Crisiensis M.DCC.LIX.*, benigne indulgere dignemur. Nos eisdem supplicantibus, ac consequenter ipsi *comitatui Crisiensi* ex speciali caesareo-regia gratia nostra, deque suprema potestatis nostrae plenitudine id clementer indulgendum, annuendum, et concedendum esse duximus, quatenus *sigillum* in forma petita pro praemisso usu confectum habere, eodemque in signatione omnium et quarumlibet expeditionum suarum instar aliorum praefati regni nostri Hungariae comitatum, et cera rubra uti possint ac valeant, cujus quidem *sigilli arma* seu insignia sequentia forent: *Scutum* videlicet militare erectum quadripartitum, in cujus prima caerulei coloris quadra caput leopardi aureum coronatum de insigni regni Dalmatiae sumptum visitur, in altera huic adjacente occurrunt tessellae candidae et rubeae regni Croatiae, has duas areas findit cuspis rotundata viridis, ad caput scuti versa, in qua martes naturalis coloris ex digmate regni Sclavoniae adscita currit; inferiorem dextram argenteam aream ornat anas familiae comitum de Nadasd (e quorum numero Franciscus munere bani praememoratorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae regnorum pro nunc fungitur) e solo paludoso arundinibus et typhis consito ad volandum prona; in adsita sinistra, cocco tineta, area coronae regiae insistit leo aureus, in posteriores pedes erectus, rictu hiante, lingua rubicunda exerta, cauda

pone tergum reflexa, et anteriorum pedum falculis ad pugnam explicatis, alludens ad insignia familiae comitum Draskovich in hocce comitatu notabiliter possessionatae. In centro demum scuti aliud minus, aequae cocco tinctum, superimpositum est scutum, inscripta cruce argentea patula longiore palo et marginem non attingente, augusti nominis nostri literis initialibus M. et T. aureis comitata. Ipsum scutum tegit diadema regium auro, gemmis, pretiosis lapidibus et unionibus conspicuum. Totum ambit circularis peripheria cum inscriptione: *Sigillum comitatus Crisiensis* anno M.DCC.LIX., quemadmodum haec omnia in principio seu capite praesentium literarum nostrarum pictoris edocta manu et artificio, propriisque et genuinis suis coloribus depicta, et ob oculos intuentium lucidius posita esse conspicerentur; annuentes et ex certa nostra scientia animoque deliberato concedentes, ut idem *comitatus Crisiensis* a modo imposterum futuris et perpetuis semper temporibus in omnibus et singulis literalibus instrumentis, expeditionibusque tam forensibus, quam juridicis aliisque quibuslibet nomine universitatis saepefati comitatus expediendis literis, cerave rubea, ex benigno indultu et gratia nostra speciali clementique annuentia, uti semper possit ac valeat. Immo indulgemus, annuimus et concedimus roboramusque et approbamus harum nostrarum secreto majori sigillo nostro, quo ut regina Hungariae utimur, impendenti communitarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum per manus fidelis nostri nobis sincere dilecti spectabilis ac magnifici comitis Nicolai Palffy ab Erdöd, perpetui in Vöröskö, comitatus Posoniensis haereditarii capitanei, curiae nostrae regiae per Hungariam magistri, camerarii item, consiliarii que nostri actualis intimi, et per antelatum nostrum Hungariae regnum aulae nostrae cancellarii etc. in archi-ducali civitate nostra Vienna Austriae, die tertia mensis Julii, anno domini millesimo, septingentesimo quinquagesimo nono, regnorum nostrorum Hungariae, Bohemiae et reliquorum anno decimo nono. Reverendissimo, reverendis item, ac venerabilibus in Christo patribus (sede archiepiscopali Strigoniensi vacante), domino Francisco Xaverio comite Klobussiczky de Zetteny, Coloczensis et Bacsienensis ecclesiarum canonice unitarum archiepiscopo; comite Francisco Antonio Engl de Wagreim, Csanadiensis, comite Emerico Eszterhazy de Galantha, Nitriensis, comite Francisco Zichy de Vasonkeö, Jaurinensis, comite Francisco Barkoczy de Szala, Agriensis; Martino Biro de Padany, Veszprimiensis, barone Georgio Wolffgango Chiolich de Levensperg, Segniensis et Modrusiensis seu Corbaviensis; comite Paulo Forgacs de Gyemes, Vacziensis; Fran-

cisco Thauzy, Zagradiensis; Georgio Klimo, Quinqueecclesiensis; Josepho Chiolnics, Bosnensis; Nicolao Givovics, Syrmienensis; comite Josepho de Batthyan, Transylvaniensis; Stephano Putz, Belgradiensis seu Samandriensis; Josepho Carolo Zbisko de Kiskolaecin, Tinniniensis; Jonne (sic!) Szlehenics de Jerebicz, electo Temnensis; Alexandro Fonyo, electo Scutariensis; barone Adamo Patachich de Zajezda, electo Noviensis; Jonne Galgoczy, electo Traguriensis; et Stephano Jaklin de Elephant, electo Almisiensis, ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus. Nec non spectabilibus ac magnificis comite Ludovico de Batthyan, perpetuo in Nemet-Ujvar, aurei velleris equite, praelibati regni nostri Hungariae palatino, et locumtenente nostro regio; comite Georgio Erdödy de Monyorokerek, aurei velleris equite, iudice curiae nostrae regiae; comite Francisco de Nadasd, perpetuo terrae Fogaras, regnorum nostrorum Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae bano; comite Josepho Illeshazy de eadem, perpetuo in Trenchin, tavernicorum; praedicto comite Nicolao Palffy ab Erdöd, curiae; comite Carolo Palffy a praerepetita Erdöd, janitorum; illustrissimo sacri Romani imperii principe Paulo Antonio Eszterhazy de Galantha, perpetuo in Frakno, aurei velleris equite, cubiculariorum; comite Antonio Grassalkovics de Gyarak, agazonum; comite Paulo Balassa de Gyarmat, pincernarum; comite Emerico de Batthyan, perpetuo in Nemet-Ujvar, dapiferorum, nostrorum regalium per Hungariam magistris, ac praelibato comite Carolo Palffy a praefata Erdöd, comite Poseniense, caeterisque quam plurimis saepefati regni nostri Hungariae comitatus tenentibus *et honores*.

Maria Theresia m. p. Comes Nicolaus Palffy m. p. . .

Josephus Jablanczy m. p.

Privilegium über das dem Creützer Comitatz in Croathen allergnädigst verliehene Comitatzsigill, resolvirt den 3ten Julii 1759.

Izvornik povelje na pergameni s visećim o crveno-bielo-zelenoj svilenoj vrpici pečatom u drvenoj kutiji. Grb naslikan lievo na vrhu listine. U arhivu županije križevačko-bjelovarske u kotar. obl. Križevcima. Liber regius T. XLV. pag. 167.

V. U Beču 17. julija 1759.

Kraljica Marija Terezija podjeljuje županiji zagrebačkoj pečat odnosno grb, te dozvolu porabe crvenoga voska.

Nos Maria Theresia, dei gratia Romanorum imperatrix, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae, Ramae, Serviae, Gallitiae, Lodomeriae, Cumaniae, et Bulgariae regina apo-

stolica; archidux Austriae; dux Burgundiae, superioris et inferioris Silesiae, Brabantiae, Mediolani, Styriae, Carinthiae, Carnioliae, Mantuae, Parmae, Placentiae, Limburgiae, Lucemburgae, Geldriae, et Württembergae; marchio sacri Romani imperii, Moraviae, Burgoviae, superioris et inferioris Lusatiae; princeps Sveviae; comes Habsburgi, Flandriae, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, Goritiae, Gradisca, et Arthesiae; landgravia Alsatae; comes Namurci; domina marchiae Sclavonicae, Portus Naonis, Salinarum et Mechliniae; dux Lotharingiae et Barri; magna dux Hetruriae etc. memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod nos benigno revolventes animo: qualiter principes, in publico regimine constituti, non solum populos, sibi subjectos, ad conservandum internum tranquillae permansionis eorundem statum, in legum observantia, mutuaeque concordiae cultu continere, verum certis quoque privilegiorum indultis et specialibus praerogativis, imprimis vero sigillorum authenticorum (sub quorum munimine judiciariae sententiae, contractus item solennes, nec non emptiones et venditiones, aliaeque publicae, forenses videlicet et politicae negotiationes et expeditiones firmiores ac fidedigniores reddi possint) concessionibus, ad perpetuam rei memoriam, et rectorum actionum normam ut plurimum faciētibz, eosdem condecorare illustrareque soleant. Inde siquidem, veluti ex limpido aliquo fonte, tam bene ordinatae reipublicae vitii incapax rectitudo, quam etiam quorumvis literalium instrumentorum ex processibus causarum emergentium indisputabilis veritas, perpetuumque robor regulariter procedere consueverunt. Hinc nos quoque, quae divina concedente clementia in teatro orbis terrarum inter reliquos christianos principes primum locum obtinuimus, facesque et habenas regnorum et provinciarum nostrarum moderamur, nihil unquam antiquius, nihilque majus in votis habuimus, quam ut populos, nobis divinitus concreditos et subjectos, quibus utpote obsequii gloria relicta est, caesareo-regiae clementiae nostrae publica declaratione foveremus, taliterque eosdem ad jugiter contestandam erga legitimos suos reges et dominos devotionem, singulareque complacendi studium animose excitaremus; cum igitur ob id, tum vero ad demissam fidelium nostrorum totius universitatis, praelatorum, baronum, magnatum et nobilium *comitatus Zagradiensis* instantiam et supplicationem, apud majestatem nostram hoc nomine et in eo factam: quatenus informationes suas altioribus instantiis nostris ad instar reliquorum regulatorum comitatuum sub fidei dignitate de lege regni comitatibus competente submittere, processusque juridicos coram eodem promo-

vendos, ac alias, tam in iuridicis, quam politicis occurrentes expeditiones suas sub authentico facere valeat, eidem *sigillum* publicum ad insignia memoratorum Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae regnorum alludens cum insertione etiam ad scutum pectorale fontis illius, a quo olim et ante saecula memoratus comitatus cognomen obtinuisse fertur, ac inscriptione: sigillum comitatus Zagrabiensis M.DCC.LIX. clementissime concedere, et indulgere dignaremur. Nos eisdem supplicantibus ac consequenter ipsi *comitatui Zagrabiensi* ex speciali caesareo-regia gratia nostra, deque suprema potestatis nostrae plenitudine id clementer indulgendum, annuendum et concedendum esse duximus, quatenus *sigillum* in forma petita pro praemisso usu confectum habere, eodemque in signatione omnium et quorumlibet expeditionum suarum instar aliorum praefati regni nostri Hungariae comitatum, et cera rubra uti possint ac valeant; cuius quidem *sigilli* arma seu insignia sequentia forent: Scutum videlicet militare erectum, in quatuor sectum areas: prima caerulea ex insigni regni Dalmatiae desumptum leopardi caput aureum veteri forma coronatum exhibet; ad hujus sinistram regni Croatiae tessellae argenteae et rubeae sunt stratae; in inferiori dextra coerulea super solo prasino currit martes naturaliter effigiata, lucente superne sexangula aurea, partes digmatis regni Slavoniae repraesentantes; in quarta demum viridi area duae fasciae argenteae undulatae, duos fluvios Savum et Colapim comitatum hunc alluentes denotant. In corde scuti aliud minus auratum collocatum est scutum, in quo de rupe ad latus assurgente sinistrum erumpit aqua in fontem quadrata forma structum recepta, in signum miraculi denominationi comitatus originem praebentis. Ipsum scutum tegit corona regia, auro, gemmis, unionibusque decora; totum vero ambit inscriptio circularis: sigillum comitatus Zagrabiensis anno M.DCC.LIX.; quemadmodum haec omnia in principio seu capite praesentium literarum nostrarum pictoris edocta manu et artificio, propriisque et genuinis suis coloribus clarius depicta et ob oculos intuentium lucidius posita esse conspicerentur. Annuentes et ex certa nostra scientia, animoque deliberato concedentes, ut idem *comitatus Zagrabiensis* a modo imposterum, futuris et perpetuis semper temporibus, in omnibus et singulis literalibus instrumentis, expeditionibusque tam forensibus, quam iuridicis aliisque quibuslibet nomine universitatis comitatus Zagrabiensis expediendis literis, cerave rubea, ex benigno indultu et gratia nostra speciali clementique annuentia, uti semper possit ac valeat. Immo indulgemus, annuimus et concedimus roboramusque et approbamus harum no-

strarum secreto majori sigillo nostro, quo ut regina Hungariae utimur, impendenti communitarum vigore et testimonio literarum. Datum per manus fidelis nostri nobis sincere dilecti spectabilis ac magnifici comitis Nicolai Palffy ab Erdöd, perpetui in Vöröskö, camerarii et consilarii nostri actualis intimi, comitatus Poseniensis perpetui comitis, arcisque nominis ejusdem haereditarii capitanei, curiae nostrae regiae magistri, ac per antelatum nostrum Hungariae regnum aulae nostrae cancellarii, in archiducali civitate nostra Vienna Austriae, die decima septima mensis Julii anno domini millesimo, septingentesimo quinquagesimo nono, regnorum nostrorum Hungariae, Bohemiae et reliquorum anno decimo nono. Reverendissimo, reverendis item ac venerabilibus in Christo patribus (sede archiepiscopali Strigoniensi vacante) domino Francisco Xaverio comite Klobusiczky de Zetteny, Caloczensis et Bacsienensis ecclesiarum canonice unitarum archiepiscopo; comite Francisco Antonio Engl de Wagrein, Csana-diensis; comite Emerico Eszterhazy de Galantha, Nittrienensis; comite Francisco Zichy de Vasonkö, Jaurinensis; comite Francisco Barkoczy de Szala, Agriensis; Martino Biro de Padany, Veszprimiensis; barone Georgio Wolfgango Chiolich de Lewensberg, Segniensis et Modrussienensis seu Corbaviensis; comite Paulo Forgacs de Ghymes, Vacsiensis; Francisco Thauszy, Zagrabiensis; Georgio Klimo, Quinqueecclesiensis; Josepho Chiolich, Bosnensis; Nicolao Givovich, Syrmienensis; comite Josepho de Batthyan, Transylvaniensis; (sede Variadiensi vacante); Stephano Pucz, Belgradiensis seu Samandriensis; Josepho Carolo Zbisko de Kis-Kolacsin, Tinniniensis; Andrea Püspöky, electo Vovadrensis; barone Adamo Patachich de Zajezda, electo Noviensis; comite Carolo Eszterhazy de Galantha, electo Catariensis, et Stephano Jaklin de Elefant, electo Almisiensis, ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus. Nec non spectabilibus ac magnificis: comite Ludovico de Batthyan, perpetuo in Nemeth-Ujvar, aurei velleris equite, praelibati regni nostri Hungariae palatino et locumtenente nostro regio; comite Georgio Erdödy de Monyorokerek, aurei velleris equite, iudice curiae nostrae regiae; comite Francisco de Nadasd, perpetuo terrae Fogaras, regnorum nostrorum Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae bano; comite Josepho Illeshazy de eadem, perpetuo in Trencsin, tavernicorum; praedicto comite Nicolao Palffy ab Erdöd, curiae; comite Carolo Palffy a praefata Erdöd, janitorum; illustrissimo sacri Romani imperii principe Paulo Antonio Eszterhazy de Galantha, perpetuo in Frakno, aurei velleris equite, cubiculariorum; comite Antonio Grassalkovics de Gyarak, agazonum;

comite Paulo Balassa de Gyarmath, pincernarum; comite Emerico de Batthyan, perpetuo in Nemeth-Ujvar, dapiferorum nostrorum regalium per Hungariam magistris; ac praelibato comite Carolo Palffy a repetita Erdöd, comite Poseniensi, caeterisque quamplurimis saepefati regni nostri Hungariae comitatus tenentibus et honores.

Maria Theresia m. p.

Comes Nicolaus Palffy m. p.

Ladislaus Batta m. p.

Privilegium über das dem Agramer Comitatus in Croathen allergnädigst verliehene Comitatus-Sigillum, resolvirt den 17. Julii anno 1759.

Anno domini 1760. die 17. mensis Aprilis, Zagrabiæ, in domo regnicolari, occasione et sub decursu generalis inelytae universitatis comitatus Zagrabiensis congregationis, praesens benignum diploma regium publice lectum et publicatum exstitit.

Per me Joannem Plepelich de Pleszo, inelyti comitatus Zagrabiensis juratum notarium m. p.

Izborna povelja na pergameni s visećim pečatom u drvenoj kutiji na crveno-zeleno-bieloј svilenoј vrpci, u arhivu županije zagrebačke. Naslikan grb lievo gore na izpravi.

Liber regius T. XLV. pag. 164.

VI. U Beču 6. decembra 1763.

Kraljica Marija Terezija podieljuje županiji varaždinskoј pečat odnosno grb, te dozvolu porabe crvenoga voska.

Nos Maria Theresia, divina favente clementia Romanorum imperatrix; Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Slavoniae, Ramae, Serviae, Gallitiae, Lodomeriae, Cumaniae, Bulgariae regina apostolica; archidux Austriae; dux Brabantiae, superioris et inferioris Silesiae, Medjolani, Styriae, Carinthiae, Carnioliae, Mantuae, Parmae, Placentiae, Limburgiae, Lucemburgae, Geldriae, et Vürtembergae; princeps Sveviae; marchio sacri Romani imperii, Burgoviae, Moraviae, superioris et inferioris Lusatae; comes Habsburgi, Flandriae, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, Goritiae, Gradiscae et Arthesiae; landgravia Alsatae; comes Namurci; domina marchiae Sclavonicae, Portus Naonis, Salinarum et Mechliniae; Lotharingiae et Barri dux; magna dux Hetruriae etc. memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod nos, benigno revolventes animo, qualiter principes, in publico regimine constituti, non solum populos sibi subjectos, ad conservandum internum tranquillae permansionis eorundem statum, in legum observantia mutuaeque con-

cordiae cultu continere, verum certis quoque privilegiorum iudultis et specialibus praerogativis, imprimis vero sigillorum authenticorum (sub quorum munimine judiciariae sententiae, contractus item solennes, nec non emptiones ac venditiones, aliaeque publicae, forenses videlicet et politicae negotiationes, et expeditiones firmiores, ac fidedigniores reddi possint) concessionibus, ad perpetuam rei memoriam et rectorum actionum normam ut plurimum facientibus, eosdem condecorare illustrareque soleant. Inde siquidem, veluti ex limpido aliquo fonte, tam bene ordinatae reipublicae vitii incapax rectitudo, quam etiam quorumvis literalium instrumentorum, ex processibus causarum emergentium, indisputabilis veritas perpetuumque robur regulariter procedere consueverunt. Hinc nos quoque nihil unquam antiquius, nihilque majus in votis habuimus, quam ut populos, nobis divinitus concreditos et subjectos, quibus utpote obsequii gloria relicta est, caesareo-regiae clementiae nostrae publica declaratione foveremus, taliterque eosdem ad jugiter contestandam erga legitimos suos reges et dominos devotionem, singulareque complacendi studium animose concitarem; cum igitur ob id, tum vero ob demissam fidelium nostrorum totius universitatis praelatorum, baronum, magnatum et nobilium *comitatus Varasdinensis* instantiam et supplicationem, apud majestatem nostram hoc nomine et in eo factam, quatenus informationes suas altioribus instantiis nostris, ad instar reliquorum regulatorum comitatum, sub fidedignitate, de lege regni comitatibus competente, submittere, processusque juridicos coram eodem promovendos, ac alias tam in iudiciis, quam politicis occurrentes expeditiones suas sub authentico facere valeat, eidem *sigillum publicum, insignia* quippe supremi comitis officium haereditario jure tenentis familiae comitum *Erdödy* insculpta praeferens cum inscriptione: *Sigillum comitatus Varasdinensis anno M.DCCLXIII.* elementissime concedere, et indulgere dignaremur;

Nos eisdem supplicantibus ac consequenter ipsi *comitatui Varasdinensi* ex speciali caesareo-regia gratia nostra, deque suprema potestatis nostrae plenitudine id clementer indulgendum, annuendum et concedendum esse duximus, quatenus sigillum in forma petita pro praemisso usu confectum habere, eodemque in signatione omnium et quarumlibet expeditionum suarum, instar aliorum praefati regni nostri Hungariae comitatum, et cera rubra uti possint ac valeant. Cujus quidem sigilli arma seu insignia sequentia forent: Scutum videlicet ovale quadripartitum, in cujus prima coeco tincta area uniceps aquila aurea coronata, lingua rubicunda exerta, alis et cauda

explicatis, cruribus et armis distentis, dextrum scuti latus respicit, in secunda et tertia coelestini coloris quadris duae sexangulae stellae aureae inter totidem undulosas ductu transversas fascias argentae consequenter locatae visuntur, in quarta porro, primae correspondente, rubra area cernitur lapidibus excisis et cementitii operis ductibus interstinctis constructus murus argento fulgidus, ex quo supra portam clausam inferno locatam assurgit turris duabus fenestris oblongis et tribus superne pinnis conspicua; meditullium denique seu centrum scuti aliud minus pectorale aurei coloris scutulum, dimidiam rotam tricoli viridi impositam et ex ejus circumferentia exsurgentem cervum nativi coloris repraesentans, occupare visitur. Ipsum scutum tegit diadema regium, auro, gemmis, pretiosis lapidibus et unionibus decorum. Totum ambit circularis peripheria cum epigraphe seu inscriptione: Sigillum comitatus Varasdinensis anno M.DCCLXIII. circumducta quemadmodum haec omnia in principio seu capite praesentium literarum nostrarum pictoris edocta manu et artificio, propriisque et genuinis suis coloribus clarius et ob oculos intuentium lucidius posita esse conspicerentur. Annuentes, et ex certa nostra scientia animoque deliberato concedentes, ut idem *comitatus Varasdinensis* a modo imposterum, futuris et perpetuis semper temporibus, in omnibus et singulis literalibus instrumentis, expeditionibus, tam forensibus, quam juridicis, aliisque quibuslibet nomine universitatis saepefati comitatus Varasdinensis expediendis literis, cerave rubea, ex benigno indultu et gratia nostra speciali clementique annuentia, uti semper possit ac valeat. Immo indulgemus, annuimus et concedimus, roboramusque et approbamus harum nostrarum secreto majori sigillo nostro, quo ut regina Hungariae apostolica utimur, impendenti communitarum vigore et testimonio literarum. Datum per manus fidelis nostri nobis sincere dilecti spectabilis ac magnifici comitis Francisci Eszterhazy de Galantha, perpetui in Frakno, camerarii consiliariiique nostri actualis intimi, comitatus Mossoniensis supremi comitis, et per antelatum regnum nostrum aulae nostrae cancellarii, in archiducali civitate nostra Vienna Austriae die sexta mensis Decembris anno domini millesimo, septingentesimo, sexagesimo tertio, regnorum nostrorum Hungariae, Bohemiae et reliquorum anno vigesimo quarto. Reverendissimis, illustrissimis, reverendis item ac venerabilibus in Christo patribus dominis: Francisco e comitibus Barkóczy de Szala, sacri Romani imperii principe, metropolitanae Strigoniensis; Josepho e comitibus de Batthyan, Colocensis et Baesiensis ecclesiarum canonicis unitarum archiepiscopis; comite Francisco Antonio Engl de

Wagrein, Osanadiensis; comite Emerico Eszterhazy de Galantha, Nittriensis; comite Francisco Zichy de Vasonkö, Jauriensis; barone Georgio Wolffgango Chiolich de Lewensperg, Segniensis et Modrusiensis seu Corbaviensis; Francisco Thauszy, Zagrabiensis; Georgio Klimo, Quinqueecelesiensis; Josepho Antonio Chiolnich, Bosnensis; barone Adamo Patachich de Zajezda, Varadiensis; comite Carolo Eszterhazy de Galantha, Agriensis; barone Antonio Bajtay, Transylvaniensis; Christophoro e comitibus Migazzy de Vall et Sonnenthorn, sacrae Romanae ecclesiae cardinale, principe sacri Romani imperii, administratore Vacziensis; Ignatio Koller de Nagy Manya, Veszprimiensis; Joanne Baptista Paxy, Syrmiensis; Stephano Pucz, Belgradiensis seu Samandriensis; Josepho Carolo Zbisko de Kiskolacsin, Tinniniensis; Francisco Xaverio Lauchas, electo Sibenczensis; barone Antonio Josepho Gaun de Loevengang, electo Pharensis; Samuele Engelmayr, electo Biduanensis; Joanne Stehenics de Jerebiez, electo Temnensis; Alexandro Fonyo, electo Scutariensis; Josepho Seent-Illonay, electo Arbensis; comite Antonio de Reva, electo Corezolensis; Joanne Galgoczy, electo Traguriensis; Mathia Huberth, electo Vegliensis; Stephano Nicolao Jaklin, electo Almisiensis; Gabriele Ordody de eadem, electo Dulmensis; et Matthia Szalbek, electo Dulcinensis, ecclesiarum episcopis ecclesias dei feliciter gubernantibus. Nec non spectabilibus ac magnificis: comite Ludovico de Batthyan, perpetuo in Nemeth-Ujvar, aurei velleris equite, praelibati regni nostri Hungariae palatino, et locumtenente nostro regio; comite Josepho Illeshazy de eadem, iudice curiae nostrae regiae; comite Francisco de Nadasd, perpetuo terrae Fogaras, regnorum nostrorum Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae bano; comite seniore Adamo de Batthyan, tavernicorum; comite Nicolao Palfy ab Erdöd, aurei velleris equite, curiae; comite Carolo Paulo Palfy a praefata Erdöd, janitorum; comite Antonio Grassalkovics de Gyarak, agazonum; comite Paulo Balassa de Balassa-Gyarmath, pincernarum; comite Emerico de Batthyan, dapiferorum, (officio cubiculariorum vacante) nostrorum regalium per Hungariam magistris; ac praelibato comite Carolo Paulo Palfy a praefata Erdöd, comite Poseniense, caeterisque quamplurimis saepefati regni nostri Hungariae comitatus tenentibus et honores.

Maria Theresia m. p. Comes Franciscus Eszterhazy m. p.

Franciscus Skerlecz m. p.

Izvornik na pergameni u formi knjige vezan u crveni baršun. Visi o zlatnoj vrpci pečat u drvenoj kutiji. Na prvom listu na-

slikan je grb županije varaždinske. U arhivu županije varaždinske u Varaždinu.

Liber regius T. XLVII. pag. 224.

VII. U Beču 10. aprila 1778.

Kraljica Marija Terezija podjeljuje županiji severinskoj pečat odnosno grb, te dozvolu porabe crvenoga voska.

Nos Maria Theresia, divina favente clementia Romanorum imperatrix vidua, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Selavoniae, Lodomeriae, Gallitiae, Bosniae, Serviae, Cumaniae et Bulgariae regina apostolica; archidux Austriae; dux Burgundiae, Styriae, Carinthiae et Carnioliae; magna princeps Transylvaniae; marchio Moraviae; dux Brabantiae, Limburgiae, Lucemburgae, Geldriae, Würtembergae, superioris et inferioris Silesiae, Mediolani, Mantuae, Parmae, Placentiae et Guastallae, Auschviczii et Zatori; princeps Sveviae; comes Habsburgi, Flandriae, Tyrolis, Hannoniae, Kyburgi, Goritiae et Gradiscaae; marchio sacri Romani imperii, Burgoviae, superioris et inferioris Lusatie; comes Namurci; domina marchiae Slavonicae et Mechliniae; vidua dux Lotharingiae et Barri; magna dux Hetruriae etc. memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis: quod nos, posteaquam pro singulari illa vereque materna, qua in percarum nobis Hungariae regnum partesque eidem adnexas nullo non tempore ferimur, propensionis et benevolentiae studio incessanti in provehendis omni ratione fidelis nobis subditae gentis Hungariae commodis vigilantes cura et sollicitudine, commercium quoque regni hujus, quod angustis nimium hucadusque limitibus circumscriptum erat, ex quo nihilominus innumerae omnem in rempublicam promanant utilitates, quodve ad solidam perfectamque regni cujusvis felicitatem ut plurimum conferret, novis incrementis augere, illudve in perpetuum materni affectus nostri testimonium et argumentum quam firmissime stabilire benigne decrevissemus, atque hoc consilio ardentissimis regnicolarum votis jam dudum exoptatam, summisque omni tempore desideriiis suspiratam *partium maritimarum, quae dissolutis maritimis regni Croatiae comitatibus distinctis subinde guberniis creditae erant, reincorporationem motu proprio ac tempore, ubi minime putabatur, benigne resolvissimus*, hacque ratione iteratis in regni diaetis antelatorum fidelium statuum et ordinum regni precibus clementer deferendo, factae etiam eisdem inaugurationis nostrae tempore solenni de reapplicandis succesive sacrae regni

coronae iisdem districtibus et provinciis, quas ad eandem ab olim jure pertinuisse, temporumque vicissitudinibus ac per varias circumstantias avulsas esse dignoverimus, in verbo regio promissioni nostrae satisfecissemus, vigoreque benignae resolutionis hujus nostrae *portus Buccari, Buccaricza et Porto-Re* cum omni juxta viam Carolinam posita colonia, praehabitoque ibidem commerciali districtu, sex castelanatus honorum Buccariensium complectente, ipsam praeterea *civitatem Carolostadiensem* in liberam regiamque civitatem evehendam, *regno Croatiae in specie reincorporari fecissemus; ultra haec porro urbem et portum liberum Fluminensem peraeque incorporando adjecissemus; benigne una decrevimus, ut ex neoreincorporatis praevia ratione partibus*, (iis unice, quae pro rei commercialis manipulatione necessarie ad immediatam quoad universa publica, politica et judicialia non secus et oeconomicalia constituti eatenus gubernatoris Fluminensis litoralisque Hungarici jurisdictionem pertinebunt et adjiciuntur, portu utpote et urbe Flumensi, nec non aliis tribus portibus Buccari, Buccaricza et Porto-Re, cum incolis ac terrenis suis, aliisque locis districtus ejusdem litori maris contiguus, qualia essent Tersactum, Costrena et respective Draga, exceptis) *in veteris Vinodolienensis comitatus locum novus comitatus, Szeverinensis nomine insi-gniendus, efformetur et errigatur*, eidemque non modo, ut justam comitatus extensionem nanciscatur, ferendorumque onerum, praecipue vero conservandae viae Carolinae par efficiatur, verum manipulationi etiam commerciali aptior reddatur, districtus trans-colapianus, qui hactenus quidem jurisdictioni comitatus Zagrabienensis suberat, ob remotiorem tamen situm difficulter admodum administrabatur, majori publici utilitate adjiciatur. Praemissa autem ratione errigendum, atque per operantem actu in negotio excorporationis corporum et districtuum ex provinciali ad militarem localem commissionem suis limitibus accurate distinguendum, ad normam et ad instar aliorum regni Hungariae partiumque eidem adnexarum comitatuum efformari et in omnibus conformem fieri benigne volumus. Atque ideo politica quaevis et provincialia objecta, modalitate alias in regno hoc introducta et usitata, in comitatu hoc quoque geri tractarique oportebit; adeoque in gremio illius, dum et quando necesse fuerit, generales cum interventu etiam, qui adesse voluerint, dominorum terrestrium eorundemque officialium, praevis semper per currentales (uti mores est) invitandorum, congregationes pro tractandis ejusmodi publicis negotiis habebuntur; quantum contributionale, postquam, ex instituenda comitatus conscriptione, aequa et justa illius proportio inter loca comitatus ela-

borata fuerit, a contribuentibus de tempore in tempus sub onere dandarum desuper rationum medio constitutorum generalis et particularis comitatus perceptorum debite semper exigetur et defectu absque omni persolvetur, solutum demum ad cassam comitatensem colligetur, inde vero ad cassam nostram militarem erga quietantias illic percipiendas fideliter administrabitur; omnia denique, quae ab incolis quocunque titulo praestanda veniunt, eo quo spectant in tempore aequae praestabuntur et administrabuntur; super omnibus autem perceptis et erogatis constitutus comitatus perceptor mox finito anno militari cum requisitis probis et documentis sufficienter instructas rationes, prout in Hungariae nec non Slavoniae regno usu venit, exhibebit, nolens vero vel intermittens compulsivis etiam mediis, idcirco praescriptis, per magistratum cogetur. Elaborata vero semel inter contribuentes suo legali modo proportio absque gravi ratione publica aequae comitatus determinatione vel in minimo immutari nequibit. Cujus intuitu ea, quae leges regni et signanter articulus sexagesimus tertius anni millesimi septingentesimi vigesimi tertii in praemissis praescribunt, exacte observari debebunt. Processus et litigia, quae inter terrestres dominos, vel alios nobiles, ibidem sive in personalibus sive realibus vertentur, ac vi legum regni foro comitatensi dijudicanda competunt, magistratus pro administratione justitiae per partes suo modo requisitus et interpellatus, servatis de jure servandis, in hoc sibi concredito comitatu dijudicanda assumet et decidet, partibusque justitiam juxta regni leges exacte et celeriter administrabit, admissa pro qualitate causarum et dictamine legum intra vel extra dominium, si causa appellabilis sit, a vicecomitibus et iudicibus nobilium in partium (uti dicitur) procedentibus ad sedem judicariam comitatus, singulis annis quoties necesse fuerit in comitatu debite aequae celebrandam, *inde autem ad tabulam nostram banalem appellatione*. Occasione vero celebrandarum sedium dominalium iudex nobilium cum jurato assessore praesentes semper adesse debebunt, diligenter illa, quae iisdem secundum praescriptum legum incumbunt, curaturi. Et quia magistratum hujusce comitatus ad instar aliorum comitatum jure etiam gladii gaudere benigne velimus, hinc jure hoc in solerter perquirendis et pro demerito puniendis praedonibus aliisque malefactoribus ad exigentiam sancitarum eatenus patriae legum, pro quiete et tranquillitate publica utentur. Statum porro personalem et salarialem magistratualium comitatus hujus per nos pro prima hac vice erga propositionem clementer per nos resoluti supremi comitis Josephi Majláth de Székely, consilarii nostri intimi, praefati portus

et urbis Fluminensis totiusque littoralis Hungarici gubernatoris, benigne denominatorum (subdivisione comitatus hujus pariter juxta opinionem ejusdem in duos processus, alterum maritimum, alterum colapinum nominandum, instuenda, individuali autem processus unius ab altero divisione ipsi magistratui ac respective universitati comitatus relinquenda) illi conformem, qui in aliis quoque regni Hungariae partiumque eidem adnexarum comitatibus praeexistit ac respective rectae proportionis exigit ratio, defiximus. Quoniam autem in regno Hungariae partibusque eidem adnexis illa observaretur modalitas, quod quivis comitatus competentia supremis comitibus aliisque officialibus et servitoribus comitatensibus salaria ex cassa sua domestica persolvat: ideo hic quoque ea methodus observanda erit, ut universa salaria et stipendia magistratualium et eorsum spectantium, aliaeve quaevis particulares comitatus expensae exinde persolvantur; cassa haec tamen domestica cum contributionali nunquam commisceatur et confundatur; verum separatae et distinctae super hoc rationes a perceptore quotannis indispensabiliter exigantur, exactaeve revideantur, censuratae vero utriusque ordinis rationes, esto ab invicem separatae, connexive tamen se habentes, sigillo comitatus et subscriptione magistratualium authenticatas, *constituto in regnis Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae consilio regio Varasdinum mittantur, cui nunc dicto consilio regio in omnibus ad instar aliorum comitatum Croatiae et Slavoniae suberit*, ac medio ejusdem de cunctis demissas suas repraesentationes majestati nostrae facturis et benigna etiam mandata nostra eodem canali percepturus est. Cum vero pro pertractandis publicis negotiis domus quaequam comitatensis, qua omnes reliqui etiam comitatus provisi essent, foret necessaria, pro tali in deligendo apto loco errigenda, vel vero aere parato comparanda, errectaeque vel comparatae domus instructione cassa domestica comitatus, unde similes erogationes fieri valerent, nulla adhuc praeexistente, anticipationem decem mille florenorum ex aerario nostro camerari, ea tamen cum obligatione: quo summa haec intra quinquenium cum annua rata bonificetur, benigne resolvimus; ipsam autem bonificationem, habita reflexione contribuentis novelli hujus comitatus populi, ea ratione praestandam clementer admittimus, ut ex interim aliter comitatu huic admensa ter mille septingentorum quadraginta duorum florenorum, quinquaginta cruciferorum quotta contributionali, per quinquenium, donec nimirum anticipata haec summa integre expuncta fuerit, bis mille florensis in sortem quanti contributionalis imputatis

cassae militari nonnisi annui mille septingenti quadraginta duo floreni, quinquaginta cruciferi, inferantur.

Denique quum ad plenum et perfectum comitatus hujus stabilimentum ejusdemque instaurationem concessio *sigilli* authentici, sub cuius videlicet munimine judicariae sententiae, contractus item solennes, nec non emptiones ac venditiones aliaeque publicae, forenses videlicet et politicae negotiationes et expeditiones firmiores ac fidedigniores reddi possint, quaeque ad perpetuam rei memoriam rectarumque actionum normam ut plurimum faciunt, adhuc desideraretur: hinc ad humillimam fidelium nostrorum totius universitatis praelatorum, baronum, magnatum, et nobilium novelli hujusce comitatus Szeverinensis supplicationem, ex prima sua in Mercopail celebrata congregatione nostrae propterea factam majestati: quo idem ex gratia et clementia nostra caesareo-regia ad legalem caeterisque comitatibus parem positus activitatem, informationes suas altioribus instantiis nostris, reliquorum regulatorum comitatum adinstar, sub fidedignitate de lege regni comitatibus competente submittere, processusque juridicos coram se promovendos, ac alias tam in juridicis quam politicis occurrentes expeditiones suas sub authentico facere, negotia denique comitatus hujus tanto majori cum exactitudine manipulare possit, ex speciali caesareo-regia gratia nostra, deque suprema potestatis nostrae plenitudine id elementer iudulgendum et concedendum esse duximus: quatenus *sigillum* pro praemisso usu confectum habere, eodemque in signatione omnium et quarumlibet expeditionum suarum instar aliorum praefati regni nostri Hungariae partiumque eidem annexarum *comitatum*, *ceraque rubra* uti possit. Cujus quidem sigilli *arma* et insignia sequentia forent: Scutum videlicet erectum, horizontaliter seu transversim sectum, ac superiore parte palariter bipartitum, pars prima exhibet tessellas antelati regni nostri Croatiae argento et minio stratas, pars secunda e digmate pervetustae et a saeculis florentis familiae Majláth de Székhely, ex qua nimirum mentionato huic comitatu Szeverinensi de providentia nostra regia primus obtigit supremus comes et moderator, refert in area cyano tincta anchoram argenteam, pugione aureo fulgente copulo et viridi ramo olivae decussim inscriptis, oneratam; pars demum scuti inferior coerulea, ad allusionem portus regii in comitatu hocce Szeverinensi constructi, cernitur inter praealtos candicantes scopulos seu montes petrosos commercialis maritima navis expansis velis, albo, viridi et rubro coloribus Ungaricis tinctis, extremitati navis sinistrae infixio minuto rubeo vexillo, crucem et quaternos fluvios Ungaricos referente. In centro

majoris hujus scuti continetur aliud minus, pectorale dictum, scutum aureum de peculiari elementissima concessione nostra initialibus augustissimi imperatoris, filii nostri carissimi, et nostri nominum J. II. M. T. conspicuum. Eidem huic scuto majori incumbit corona vulgaris aurea; telamonum vices obeuntibus, hinc leone aureo, illinc aquila nativi coloris, capitibus a scuto aversis. Sigillum vero ipsum haec epigraphe seu superinscriptio: *Sigillum comitatus Szeverinensis* circumdare visitur; quemadmodum haec omnia in principio seu capite praesentis diplomatis nostri, pictoris edocta manu et artificio propriisque et genuinis suis coloribus clarius depicta et ob oculos intuentium lucidius posita esse conspicerentur;¹ annuentes et ex certa nostra scientia animoque deliberato concedentes, ut idem comitatus Szeverinensis vigore praesentis benigni diplomatis nostri plenum suum stabilimentum et consistentiam accipiens, atque ad parem cum reliquis regni nostri Hungariae partiumque eidem adnexarum activitatem per nos positus, a modo in posterum futuris et perpetuis semper temporibus in omnibus et singulis litteralibus instrumentis et expeditionibus tam forensibus quam juridicis aliisque quibuslibet nomine universitatis saepe-fati comitatus Szeverinensis expediendis litteris, cerave rubra, ex benigno indulto et gratia nostra speciali clementique annuentia, uti semper possit ac valeat, immo indulgemus, annuimus et concedimus roboramusque et approbamus hujus nostri secreto majori sigillo nostro, quo ut regina Hungariae utimur, impendenti communiti diplomatis vigore et testimonio. Datum per manus fidelis nostri nobis sincere dilecti spectabilis ac magnifici comitis Francisci Eszterházy de Galantha, perpetui in Frakno, aurei velleris et una insignis ordinis sancti Stephani regis apostolici magnae crucis equitis, camerarii consiliariiique nostri actualis intimi, comitatus Mossoniensis supremi comitis, curiae nostrae regiae magistri, et per antelatum nostrum Hungariae regnum aulae nostrae, prout et praefati insignis ordinis sancti Stephani cancellarii, in archiducali civitate nostra Viennae Austriae, die decima mensis Aprilis anno domini millesimo septingentesimo septuagesimo octavo, regnorum nostrorum Hungariae, Bohemiae et reliquorum anno trigesimo octavo. Reverendissimis, illustrissimis, reverendis item ac venerabilibus in Christo patribus, dominis Josepho e comitibus de Batthyan perpetuo in Nemeth-Ujvár,

¹ Grb županije severinske, koji je na prvom listu diplome naslikan spada medju najljepše slikarije svoje vrsti. Izveden je precizno i u prekrasnim bojama. Sličnom izvrstnom radnjom, gotovo umjetnički, izradjen je i grb grada Karlovca.

sacri Romani imperii principe, Strigoniensis, Adamo libero barone Patachich de Zajezda, Colocensis et Bacsensis ecclesiarum canonicè unitarum, metropolitanarum archiepiscopis; comite Francisco Zichy de Vásonkő, Jaurinensis; comite Carolo Eszterházy de Galantha, Agriensis; Christophoro e comitibus Migazzi de Waal et Sonnenthurn, sacrae Romanae ecclesiae cardinale, principe sacri Romani imperii, administratore Vacensis; Josepho Gallyuff, Zagrabiensis; Joanne Baptista Cabalini de Szlavnigrad, Szegniensis et Modrusiensis seu Corbaviensis; Matheo Francisco Kerticza, Bosnensis seu Diakoviensis et Syrmiensis; comite Ladislao Kollonich de Kollegrad, Transylvaniensis; Carolo Szalbek, Scepusiensis; comite Francisco Berchtold libero barone ab Ungerschitz, Neosoliensis; comite Antonio de Réva, Rosnaviensis; Josepho Bajzath Veszprimiensis; Joanne Szily, Szabariensis; Ignatio Nagy de Sellye, Albaregalensis; Emerico Kristovicz, Ósanadiensis, (sedibus Magno-Varadiensis, Nitriensi et Quinqueecclesiensi vacantibus); Antonio Zlatarich, Belgradiensis; Georgio Richvaldszky Tenagriensis; Stephano Nicolao Jaklin de Elephant, electo Almisiensis; comite Sigismundo Keglevich de Buzin, electo Makariensis; Ladislao Kovács, electo Scardonensis; Raphaelae Szent-Iványi, electo Arbensis, etc.; ecclesiarum episcopis ecclesias Dei feliciter gubernantibus; nec non serenissimo duce domino Alberto, per regnum nostrum Hungariae locumtenente nostro regio, spectabilibus item et magnificis comite Georgio Fekete de Galantha, iudice curiae nostrae regiae; comite Francisco de Nádasd, perpetuo terrae Fogaras, regnorum nostrorum Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae bano; comite Adamo de Batthyán, tavernicorum; illustrissimo sacri Romani imperii principe Nicolao Eszterházy de Galantha, nobilis nostrae turmae praetorianae Hungariae capitaneo; praelibato comite Francisco Eszterházy de dicta Galantha, curiae; comite Joanne Csáky de Keresztszégh, agazonum; comite Francisco Döry de Jobbaháza, pincernarum; comite Joanne Erdödy de Monyorókerék, cubiculariorum; comite Antonio Károly de Nagy-Károly, dapiferorum; comite Leopoldo Pálffy ab Erdöd, janitorum nostrorum regalium per Hungariam magistris; ac comite Joanne Pálffy ab Erdöd, comite Poseniensi, caeterisque quam plurimis saepefati regni nostri Hungariae comitatus tenentibus, et honores.

Maria Theresia m. p. Comes Franciscus Eszterhazy m. p.

Franciscus Györy m. p.

Anno domini 1778. in generali inelyti comitatus Szeverinensis pro die Ima mensis Septembris in libera et regia civitate Carlostadiensis,

eidem inelyto comitatu ingremiata, continuative celebrata congregatione praesens benignum diploma lectum et publicatum est.

Per Josephum Terputecz praefati inelyti comitus Szeverinensis juratum vicenotarium m. p.

Izvornik u podobi knjige na pergameni, vezanoj u crvenu kožu, na kojoj visi u drvenoj kutiji pečat o zlatnoj vrpci, u kr. zem. arhivu u Zagrebu. Grb naslikan je na 1. listu knjige. — Otisnuto s dosta pogrešaka u: Rački: Rieka prema Hrvatskoj.

Liber Reg. LI. 47.